



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. LVII. Papyrus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM LIB. LVII.

DE IIS QUÆ PER POPYRUM, FABAM, CICEREM, ARUNDINEM, SINAPIM significuntur.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD MAXIME REVERENDUM PATREM LUDOVICUM BECCADELLUM, ARCHIEPISCOPUM Ragusinum,



Vim ea plurimum de causa, honoratissimo Pater, Venetiis, omni Bellanenrum heritorum meorum amicitiate posthabita, substerim, quod & tua. Et aliquot aliorum presantium amicorum jucundissima consuetudine frui posse mihi pollicebar, accidit (ut quod atq; propluquam septuagenaria sponte offerre solet) modo pedum, modo stomachi imbecillitate laborare coeperim: unde coactus sum me domi, tanquam intra caviam continere, non ita

tamen ut non omnis mea cogitatio ad vos tenderet, & qua ratione congressu vestro frui possem, agitare cogitarem. Habebam autem ante oculos labores meos in Ægyptiaca disciplina; non in jucundam forsitan interpretationem, quam inter amicos impertiebar, mea erga illos observantia futurum inter-nuncium. Cum dies aliquot, quodnam ex his Commentariis (id enim operi nomen) Beccadellum tam presanti viro mitterem, examinasse, visum denig, est, Papyrum illi, Fabam, Cicere, Arundinem, & Sinapim dedicare, quod ad ejus frugalissimos mores ex amussi facere viderentur. Memineram tamen formonum eorum, qui nobiscum Patavi olim cum infelicissimo illo adolescente, tam multum suam, subperi, Cosmo Gerio Phanensi jam Presule habitu fuerant, cum juvenis ille non tam Græcarum Literarumq; literarum eruditione dubio procul admirandus, quam sanctissimum moribus Et pietatis primis nostra propugnator accerrimus, tam doctè, tam copiose differere consuevit. Nam cum de frugalitate sermo è re nata inter nos incidisset, egoque Papyrum in exemplum ab Ægyptiis desumptum, per quam illi vicius parsimoniam, frugalitatemq; significare soliti essent. Atqui, Cosmus inquit, quam multa ea quog, sunt in hanc sententiam tum nostrorum, tum exterorum Ducum, Regum, & Imperatorum responsa, facta q, scite & sapienter, qua vicius queant petulantiam castigare: cuiusmodi est nostri illius, qui militibus frustra vinum peti respondit, quibus à vicina Nilu ripa liceret aguari. Quem secutus Pescennius Niger, Militibus vinum idem idem efflagrantibus respondit: Nilum habetis, & vinum quæritis? Idemque tumultuantibus his qui à Sarcacenis vici fuerant, & dicentibus: Vinum non accepimus, pugnare non possumus: Erubescite, inquit, illi qui nos vincunt, aquam tantum bibunt. Cumque nos taciti eum libenter auscultarem, ardore ille juvenili, honestissimæque amicitiae concitatus, persecutus est: Quid autem Alexander Macedo? cum illi Regina Carum Adæ, obsonia quaedam exquisitissima, magna que impensa, nec minori arte & diligentia condita mississet, quam sapienter eam illustri, qua coquos etiam se missuram offerret, obsonia lautiora, & peritiores coquos habere se domi respondens, nocturnum quippe iter, quod prandium pararet: matutinam frugalitatem, que cenam instrueret. Unde Philosophi clarissimi dictum, Nullum obsonium fame melius. Apud Mar-Tyrium legus Mithecum quemdam ganea magistrum Sparta ejectum, quod illi labore potius, quam per condimentorum lenocinia edendi desiderium quærirarent. Illud præcipua memoria dignum, quod Gnesalco Ægyptiorum Regi Bacchoris filio accidisse memorant, qui licet & ipse in duclis à Rege Mene delicis & imbutus Educatus esset, & ferè enervatus, generosi tamen animi specimen præbuit, cum ex-erenti per Arabia solitudines ductaret: deficienti commento cibum despicatissimū quemq, medicare ho-

Socrati, veffe D. Laorio, Cicero, lib. 2. de foibm.

mea
o op
rum
riose
Huj
quid
tore
me
ac-
bu
Hic
Agy
Dec
les,
B
M
fett
pra
tum
teat
C
C
pol
hoc
ria
fij
tuz
D &
ter
lic
ter
ha
pu
Ec
rin
tur

A *maxe necesse uti commoda locorum ubiq; satu opulenter suggeri per spexit, ac Regis demum apparatus luxu
 & opulentia possibilibus, nullo unquam exquisitiori condimento ex eo usus est, victu eo contentus qui pro loco-
 rum natura suppeteret, parcissime pervixit, remq; sacra annalibus describendam Thebis in templo non incu-
 riose demandavit: ut reliqui ad frugalitatem hanc recte vivendi normam exemplo subivitatis, quietius degerent.
 Huiusmodi frugalitatis Cyrus Rex etiam fuisse traditur, qui, ut apud Ammianum legitur, rogatus ab hospite
 quidnam ad prandium sibi suberet apparari? Nihil, inquit, quam panem. Hic tamen tam parvus cibi à Pla-
 tone reprehenditur Legum III. quod non & Cambysen filium in eadem parsimonia educandum curaverit: per-
 inde ac Darium etiam appellat, qui se tantum defraudans, filium negligenter educari permisit. De Artaxer-
 xe, cognovimus Mnemone, memorabile illud constat, cuius direpto in fuga quadam comitatu, cum aridis sicu-
 bus & hordeaceo pane vesci coactus esset: Dii boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hæcenus expers fui?
 Hæc, inquam, ut tu quos, meminisse potes, Cosmus noster ex antiquorum historia referbat, cum ego circa
 Ægyptiacam tantum insisterem, & quam ipsi sententiam ex rerum suarum usu sequerentur, commemorarem.
 Declamaveram enim ut cibum illi per Papyri figuram significarent, aut priscus illi herba quosq; patustres, cau-
 lis, & radices, quas gustu mites experti essent, victum large subministrarent, sed omnium maxime Papyrus.*

DE PAPYRO.
 VICTUS. CAP. I.

M *erito quidem pro victu Papyrus poni solita est, tam ob cibi copiam, quam etiam ob raram
 quandam ejus herba naturam. Licet enim fructus habeat infæcundos, radicem tamen eam
 fert, quæ præter quod ignis gratia vellitur, summam tamen frequentissimamque opem in re cibaria
 præstat. Omnes quidem incola, & crudam, & assam manducant, & elix etiam utuntur, succo tan-
 tum devorato, cum alto qui manducamentum exputant. Frugalissimis enim viris, & tenui cibo con-
 tentis, satis ad alimoniam succus ille facere videbatur.*

*Papyri
 commen-
 datio ob
 radicem.
 Ægyptii
 eam man-
 dunt, suc-
 cum tan-
 tum devo-
 rantes, &
 manam
 exputant.
 Dioscor.
 lib. 1. c. 98.*

PARVO CONTENTUS. CAP. II.

C *um itaq; tam larga Papyrus cibi commoda subministraret, inde factum ut quoties hominem
 parvo contentum innuere vellent, simplici quippe naturaliq; cibo utentem, quique in medio
 positiorum, ut diceret Horatius, abstemius herbis viveret, illud dicitur:*

Βίη δὲ πᾶσις ἐν αἰσῶνι πᾶσις ἰσχυρῶς.

hoc est, non esse ut graviores plenioresq; aristas disquirat is, cui papyri fructus victui necessa-
 ria suppeditare potest. Neq; enim Heliseus in præbendis epulis vilis habitus, quamquam oleribus
 sylvestribus amicos exciperet, invenio traditum à Chæremone Stoico, quem Martialis, ut factionis
 suæ maxime contrarium, eludit eo epigrammate:

*Quod nimium laudas Chæremone Stoice mortem,
 Vis animum mirer, suspiciamq; tuum.
 Hanc tibi virtutem fracta sacri urceus ansa,
 Et tristu nullo qui reperit igne focus.*

D & quæ sequuntur calumniosa omnia Ægyptios olim omnibus negotiis curisq; rejectis, semper in
 templo perstitisse, rerumq; naturas, causasq; & rationes siderum contemplari assidue solitos, mu-
 lteribus nunquam se miscuisse, nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidem vidisse, ex eo
 tempore quo cœpissent divino cultui famulari: carnibus item & vino semper abstinuisse, imo etiam
 hæc raro vesci solitos, ne stomachum onerarent, quæ si quando comederent, tum sum pariter hyflo-
 pum lumbabant, ut escam graviores illius calore decoquerent: oleum tantum in oleribus noverant.
 Equid loquar, inquit Chæremone idem, de volatilibus, cum ovum quoque pro carnibus vitave-
 rint, neq; non lac, quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore tan-
 tum mutato? Cubile eisdem ex foliis palmarum, quas *βίη* vocant, fuisse, affuetosq; bidui atque
 Uuuu etiam

*Ægyptiorum
 mos cultui
 divino int-
 ratorum.
 Nimirum
 papyro.*

Q. Curtius etiam tridui inedia sustinere. Quare minimè mirum est in tanta victus parsimonia eorum cor-
Plutarc.
 in eius vi-
 ta.
 pora, quod plerique auctores tradunt, vel nullis odoribus delibuta, spontè auram sua veletatem
 emisisse, odoratasq; transeuntium umbras miram inspirasse fragrantiam. Quamquam & Alexan-
 dri Macedonis corpus suapte vi aromaticum quid oboluisse Theophrastus asseverat: sed forsitan
 in Rege cura, quod in illis negligentia, præstabat. Quid vero Chæremon scripturis, si non in
 eremitas per deserta Thebaidos, & montem Sinam inspexisset? Quid, si universa inter eum col-
 legia ad durissimam corporum macerationem spontanea etiam supplicia, flagra, labores addidit,
 cognovisset, nullumque neque nocte cruciatus alicujus vacuum tempus sibi permisisset? Sed non
 multa Ægyptiis attribuuntur, quæ nostræ pietatis proceres præstitere, præclaraq; illa patientiæ do-
 cumenta, dissimulatis nostrorum nominibus, in regionis tantum, quam incolabant, laudem transu-
 lerunt. Neq; tamen Ægyptii solum, de quibus Chæremon Stoicus tam multa disseruit, herbis &
 arborum tantum fructibus victarunt, verum & gentes reliquæ, ut Porphyrius attestat, hoc cibi
 genere usæ sunt aliquamdiu primiq; sacrificantes, non animalia, sed herbas, floresque, deinde arbo-
 res sacrificarunt, atq; aromatum fuffitu operati sunt, cuiusmodi sunt thymiamata apud Orpheum.
 Qui vero primi animalibus vesci ceperunt, penuria frugum id facere coacti pehibentur, quare lu-
 culenter simul ac eruditè Ovid.

Metam.
 lib. 15.

At vetus illa atas cui fecimus aurea nomen.
Fertibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

Ibidem.

Quantum vero illa delectant, quæ tam eleganter Pythagoras apud eundem disserit?

Pax ita mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges sunt deducuntia ramos
Pondere poma suo, tumideque in vitibus uva:
Sunt herba dulces, sunt que mitescere flamma
Mollirve queant: nec nobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.

Varius va-
riarum
genium
cibus.
capitulos
Latine Te-
rebintibus.

& quæ plurima in hanc sententiam modulatur. Quin & Græcos illos veteres, tamquam proximè C

Deo genitos, optimos fuisse natura Dicitur chus Peripateticus asseverat, nullumq; animal occidisse.

Vetus autem Atheniensium cibus, ficus: Arcadum, glans: Indorum, calami: Carmanorum, pal-
 ma: Meotiorum Sauromatumque, milium: Persarum, cardamum ac Terabinthus, ut observavit
 Alianus. At Eusebius homines ferino ita victu prius ali solitos, rerum imperitia videtur adhibe-

re, ubi dicit: τὸ δὲ ἐκ ἀγρῶν ἵερῶν κτλ. τῶν ἀδελφῶν καὶ ἀδελφῶν, καὶ Ἐρακλῆος βίῃ καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπιπέτῃ ἐν τοῖς
 ἰβνῶν, καὶ ἀποφασίζου τὸν τε βόσκον τε καὶ τὸν ἀναγνώστην ἀπὸ τοῦ δίδου καὶ τῶν ἄλλων. Homines
 quippe rerum principio genitos, ajunt parabili ferinoq; victu pasci solitos, sparsimq; in pasua prodisse, deq;
 gramimibus, quæ mitiora viderentur, cibum sibi comparasse, atq; etiam fructus qui sponte, nulla mortalium
 cura culti, nascerentur. Sed enim utrumque senserit Eusebius, fuit tamen Theologorum veterum

præceptum, animantium nullum sacrificandum, sed usque ad farinam & mel, terræque fructus at-
 que flores. Novit enim Deus (ajebant illi) virum pietatis veræ cultorem, etiam si minimum
 quoddamque solum altaribus intulisset, atq; ipsum, quantum quisque animo, non quantum manibus
 afferat, intueri. Quod vero ad carnes atinet, earum usum Porphyrius libro de Abstinentia, dicit D
 ad salubritatem minimè conferre, sed ei potius impedimento esse, eo argumento, quod per quæ
 recuperatur bona valetudo, per eadem conservatur: eam si quando amiserimus, per victum te-
 nuissimum, & præsertim à carnibus alienum, recipimus: per eundem igitur salubritas in incolu-
 mitate perseverat sua. Sed ne tam multa quæ ille conscripsit in hanc sententiam compilem, &

Porphyrii
sententia
de arnium
usu.

Prolegans
fructibus
visus dia-
quisitione.

Chysippi Medeam repetam, ad nostram regrediendo, quæ apud pios domi nascuntur apponam,
 qui quidem ipsius Dei summi providentia simplicem victum, & natura ipsa proveniente, reli-
 quis cibis antelatum autumant, perinde debere nos idem approbare. Terra enim antequam Sol
 creatus esset, germinare iussa, cibum sobrietatis prius eduxit, quam reliquos deliciarum atq; lu-
 culentia.

Auriaz, quibus quamvis humana improbitas sit nunc usque adeo dedita, ut jam unusquisque supra etiam vires & censum, exquisitiores uberioresque epulas disquirat, ille tamen cibus divino primum effusus munere, sine fatu, sine semine productus, tam dulcis & gratus permanfit, ut etiam repletis dissensisque, voluptati atque usui sit, & avidius appetatur, primis denique mensis appositus, secundis minimè festidiatur, atque ita simplex divinitatis opus humanam omnem exuperat indolentiam. Nostrum vero temporis h. l. l. u. o. n. e. s. i. t. u. m. i. n. s. t. i. t. u. t. u. m. j. e. j. u. n. i. i. s. a. c. r. o. s. a. n. c. t. u. m. a. d. p. i. e. t. a. t. e. m. n. i. h. i. l. f. a. c. e. r. e. a. r. b. i. t. r. a. n. t. u. r. t. o. t. q. u. e. j. a. m. v. o. l. u. m. i. n. i. b. u. s. i. n. s. a. n. c. t. o. s. m. o. r. e. s. i. n. v. e. d. i. t. n. o. s. t. r. a. m. h. a. n. c. v. i. v. e. n. d. i. t. e. m. p. e. r. a. n. t. i. a. m. n. i. h. i. l. a. n. t. i. q. u. a. m. s. a. p. e. r. e. c. o. n. t. e. n. d. u. n. t. m. u. l. i. e. r. c. u. l. a. r. u. m. q. u. e. s. u. p. e. r. s. t. i. t. i. o. n. e. s. e. s. s. e. c. u. m. t. a. m. e. n. & i. l. l. i. i. p. s. i. v. e. t. e. r. e. s. q. u. i. n. o. n. d. u. m. v. e. r. i. t. a. t. i. s. l. u. m. i. n. e. f. u. e. r. a. n. t. i. r. a. d. i. a. t. i. j. e. j. u. n. i. a. t. a. m. m. u. l. t. i. s. c. e. r. e. m. o. n. i. i. s. i. n. d. i. x. e. r. i. n. t. P. r. a. e. c. i. p. u. e. v. e. r. o. R. o. m. a. n. i. j. e. j. u. n. i. a. C. e. r. e. t. i. f. e. r. u. n. t. u. r. i. n. s. t. i. t. u. i. s. s. e. M. A. c. i. l. o. G. l. a. b. r. i. o. n. e. P. C. o. r. n. e. l. i. o. S. c. i. p. i. o. n. e. C. o. s. s. p. o. s. t. v. i. c. t. u. m. A. n. t. i. o. c. h. u. m. S. i. r. i. a. r. e. g. e. m. R. e. l. i. q. u. u. m. e. s. s. e. t. s. a. n. c. t. i. s. s. i. m. a. t. o. t. n. o. s. t. r. a. e. p. i. e. t. a. t. i. s. c. o. l. l. e. g. i. a. r. e. c. e. n. s. e. r. e. q. u. a. e. u. t. s. a. n. c. t. i. u. s. a. t. q. u. e. c. a. l. t. i. u. s. D. e. o. f. a. m. u. l. e. n. t. u. r. p. e. r. p. e. t. u. o. s. i. b. i. c. a. r. n. i. u. m. u. s. u. i. n. t. e. r. d. i. x. e. r. e. s. e. d. q. u. o. n. i. a. m. h. a. e. i. n. o. m. n. i. u. m. o. c. u. l. i. s. v. e. r. s. a. n. t. u. r. s. a. t. i. s. q. u. e. o. m. n. i. b. u. s. i. n. n. o. t. u. e. r. e. n. i. s. n. u. n. c. p. r. a. e. t. e. r. i. t. i. s. a. d. r. e. l. i. q. u. a. P. a. p. y. r. i. s. i. g. n. i. f. i. c. a. t. a. s. t. y. l. u. m. d. i. r. e. x. i. s. s. e. p. r. a. e. s. t. i. t. e. r. i. t.

*Helluones
damnan-
tur.
Jejunii
commen-
tatio.*

ANTIQUA PROGENIES. CAP. III.

Cum vero apud Aegyptios nihil eo cibo antiquius haberetur, factum est ut si progeniem antiquam describere vellent, papyraceum fascem pingerent: tamen nobilitatis nullum inter ipsos discrimen habebatur, sed omnes pariter nobiles censebantur. Herbam vero illam magna veneratione susceptam in manus quotiescumque diis supplicaturi essent praeindebant. quod è limo se quoque genitos profitebantur, atque una cum ipso caule se idemidem esse palustria propemodum animalia. Eoque spectare videbatur praecelatum Romanorum institutum, qui multis in rebus, tum in ea praecipue prudentes, cum hominem re bene gesta summis honoribus decorare instituisent, triumphales illos currus in tunica Jovis decernebant, idque sapientissime caverant, ut ne supra modum insolerent à tergo esset qui hominem memento re esse, idemidem succlamaret, ita Tertullianus. Sanè Plinius maximum esse dicit victoriae signum, cum herba traditur, quia per eam se indicant esse de terra aeternae, atque humatione cedere, quamvis Servius eo carmine Virgiliano,

*Romano-
rum in
Triumphis
institutum*

Et vitæ comptos voluit praeindere ramos.

Aliter ex Varronis Aetis dare herbam exponit. Sanè Virgilius terream & ipse progeniem hominum agnovit, Laetantio ita versum ejus referente:

Ene lib. 3.

Terræ progenies duris caput extulit arvis,

quod in vulgatis exemplaribus habetur *Ferrea*, id quod nihil ad ea primordia, quae Maro tangit. Tollenda tamen ex Laetantii codice verba sunt illa *procreata ex lapidibus*, quae itidem ex Servii commentario, importune sunt eo translata. Sed ut ad Papyrus revertamur, vel ob eam, quam retulimus causam, vel ob humilem naturalemque ortum, ut Diodorus ait, vel quod magis humidis quam siccis cibis victus humani confect alimentia, patrem sibi cum Papyro generationem existimabant.

Georg. lib. 1.

SACERDOTIUM. CAP. IV.

Ipsos vero Sacerdotes suos hujus nobilitatis gratia papyraceis calceis insigniebant, neque eos iis ex ipsa quapiam materia contextos ferre licebat: usque adeo illa omnia evitabant, quae vel minimam imperitatis suspicionem afferre possent. Hinc etiam apud Romanos nostros, hujus puritatis ergo, Flaminibus mortuae per se pecudis corio calceos aut soleas ficti nefas habebatur, sed aut occisa alioqui ut illud Homericum, *ἴσθι κλαυθρον*, aut imolata, quoniam haec maculae essent, sua vero morte extincta omnia, vetus illa superstitio funesta esse decreverat. Atque etiam Astartor noster praecipit Apostolis suis ne calceamenta pedibus inducerent: quod ita interpretatur Adamantius, ut ipsorum pedes, quoad annuncianda felicissimae vitae perpetuitate properabant, omni carerent mortalitatis indicio. Nam & Moses cum exiret de terra Aegypti calceamenta ex mortuis pellibus induxerat, quibus veluti quadam mortalitate constrictus erat: cum vero coepit per vitam proficere, & ad montem Dei conscendere, ibique immortalibus ministrare mysteriis, tunc ei praecipitur, ut lora calceamenti solvat, quia

*Papyraceo
eum cal-
ceorum
symbolum.*

Uuuu 2

quia

Ad verbum à Plin. li. 13. ca. 11.

quia locus in quo consisteret, sanctus esset; hoc est, ut indicia mortalitatis, quæ in pelliceis calcibus designantur, abjiceret. Quantum vero ad papyracea Aegyptiorum calcementa pertinet, nominatim nihil aliud inde quaesitum autumant, quam puritatis argumentum, Nam eadem de causa papyra nostra indumenta ex lino Sacerdotibus imperavit, in quibus omnium fere gentium & nationum consensus fuit: & eo vestis genere Apollonius Tyaneus semper usus est, quoniam illa vestis purior & syncerior videtur, quam vestes ex lanarum aut vellerum pollutione contextæ. Papyrus autem non tantum calcibus conficiendis comoda, verum & ad multa utensilia vasorum aptissima; quoniam ad navigia texenda, velaq; & tegetes, nec non vestem stragulam, ad funes è libro conficiendos: & nulla denique herba sit, quæ tot & tam varijs modis humano consulat usui, & majores pluresque afferat utilitates.

DE FABAE. CAP. V.

Hæc & sequentia ex parvum. Ch. 1. cen. A faba abstinento.

Faba Aegyptiis instar venerandi numinis fuit, tantæ religionis, ut eam neq; ferrent, neq; comederent, quin etiam aspicere vererentur, quod Theon Grammaticus apud Plutarchum in Symposiaco narrat, & alii pleriq; tradidere.

IMPROFANABILE NUMEN. CAP. VI.

Per eam velo coopertam improfanabile numen intelligi volebant: quamvis Herodotus vulgè opinionem secutus, id ea de causa factitari solitum dicat, quod impurum adeo legumen id existimarent, ut non tactu gustuve tantum, verum etiam visu profanum haberetur.

FUNUS LUCTUSVE. CAP. VII.

Pythagora opinio. D. Laertius in Pythagora.

Nam & apud Romanos fama inter funesta recensebatur, neq; Divi fas erat eam tangere, neque quidem nominare, putabantq; omnino ad mortuos pertinere: nam & lemarallibus jaciebant larvis, & parentalibus adhibebatur sacrificiis: in flore enim ejus luctus quædam inesse licet videtur, ut Festus Pompejus attestatur: & quod ad parentalia pertinet, fabacium epulum in fune, alibus ad nostra usq; tempora perseverat. Sane Varro ea de causa Flaminem ait ea non velci, quod in ejus flore licet illæ luctus indices inveniantur. Aliorum fuit opinio, mortuorum animas in fabis habitare: inde Pythagoras cum percussores fugeret, & in arvum fabis constitum incidisset, qua curus edabatur exitus, si se in eam segetem immisisset, ab inimicis potius trucidari, quam fabas animarum conceptacula conculare maluit.

NEQUITIÆ FRÆNUM. CAP. VIII.

Sunt qui fabam eam velo coopertam nihil aliud sibi velle disputent quam amovendas à manibus oculisq; nostris omnes nequitie causas, ut castiorem agamus vitam: eosq; spectare Pythagoricum præceptum, ut à fabulo abstinemus, quam sententiam Empedocles ita pronunciauit:

Δειλοί πῦρ δεξιῶν ἐνὶ τῷ πότῳ χεῖρας ἰκίδουσι. Ad miseri à fabulo miseri seducti & dextras.

Faba pro infirmitate. D. Laertius de hoc nihil.

Cyammon vero, ut inquit Gellius, multi Fabam intelligi voluerunt, peritiores tamen pro testiculis accipiunt, quos ita aperte ac symbolicè Pythagoras appellavit: quia scilicet fabæ mollitudine sua, & ingenita quadam tumoris efficacia, humanæ genituræ vici suggerant, atque insuper facilitatæ sunt corruptionis, & deniq; testiculis ipsis forma quam simillima. Idcirco Empedoclem versus illo noo à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluvio voluisse homines avertere, quibus velati animi cigæculis liberati, possimus ingenio expeditiorem navare operam.

NEGOTIA PUBLICA DECLINANDA. CAP. IX.

Hinc de avaritia pro hoc togam valent.

Sed enim Plutarchus commentario de Liberis instituendis, Aristotelem secutus, abstinendum esse hoc monet à tractandis Reipub. muneribus, quod in creandis magistratibus fabæ calculorū vice usui essent: quem morem plerq; adhuc civitates obtinent. Romani calculis usi videntur, utiq; ab his



A albis aut nigris, quorum niger in comitio sanctum significabat, ut alias Romuli morti destinatus, sed non usu obvenit. Aristoteles hinc opinatus est civiles administrationes à Pythagora improbatas, ut ex ejus libro de Fabis Laertius observavit: usq; adeo omnes aliorum dictata sententiasq; suis studiis accommodare contendunt. In Suidæ collectaneis, ubi proverbium est, *Neg, fabas, neque allium condendum* fuisse morem apud antiquos legitur, ut in judiciis fabas esitarent, ne obdormiscerent; id hodie Romæ ludis testaceis ad moræ tardum leniendum, in lupinos aqua maceratos, vilig; per gradus omnes à solis Judæis insistoribus venditatos, conversum est. Quod vero allium admilcent adagio, notum est & allia & cappe cibum esse militarem dicitur; nos admonitos, si tranquillam agere vitam velimus, neque bellica, neq; civilia negotia attingenda.

C A S T I M O N I A. C A P. X.

I Dem tamen Plutarchus dictum in Problematis aliter quam in educatione puerorum exponit: facere enim ad castimoniam leguminum abstinentiam docet, quod eos, qui sancte & immaculate vivere curant, pura & tenuia corpora habere oporteat, legumina vero maxime vires corporis corroborant. Unde institutum ut Carnæ deæ, quam vitalibus humanis præesse veteres confixerunt, pulce fabacia & lazido sacrificaretur, quod eo ciborum genere vires corporis egregie roborentur. Constatq; calendas Junias ea de causa Fabarias vulgo vocitatas, quod sacrum institutum est à Junio Bruto, à quo etiam mensi nomen. Eadem præterea tum ob ventositatem, tum ob plenioris cujusquam nutrimenti redundantiam, plurima tandem purgatione indiget, atq; ita Venerem ciere perhibetur. Atqui jubet Plato sic ad somnium proficisci corporib; affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemq; afferat. Didymus Amphiarum ait primum omnium fabis abstinuisse, quod is variatio per somnium uteretur: impediunt enim aut obturbant fabæ somnia, ex quo etiam Pythagoricis interdicitum putatur, ait Cicero 1. de Divin. ne faba vescerentur, quæ res habet inflationem magnam, ac perinde cibis is tranquillitati mentis vera quærentis omnino contrarius est. Idem Didymus ait, fabas corda eorum qui eis vescantur hebetare: sed ea primum de causa prohibitis à Pythagora suspicatur, quod lugubres illæ literæ in earum floribus observentur, de quibus supra dictum. Quantum vero ad Aegyptios pertinet, devitabant illi ea omnia, quæ animam corpori pertinacius affigere possent, neve sensu volapateq; invalescentibus eam profundius in corpus immergerent, ut Porphyrius attestatur, ideoq; operam dabant impensissimam, ut non vitiorum tantum esse & is, verum & affectus ipsos radicatus extirparent. Hac eadem de causa D. Joannes Nazaræus locustis tantam & agrestem melle toto vite tempore nutritus, eo simplici tenuiq; cibo contentus, ne corpus ipsius crassioribus pulmentis pingue fieret, & exquisitarum dapum copia gravaretur. Hujusmodi quippe naturæ corpora nostra sunt, ut eis superfluis gravia reddantur, cumque ita corpus aggravatum fuerit, animam quoq; ipsam, quæ per totum diffusa corpus, ejus tentatur moribus, identidem onerari, segnioremq; fieri necesse est. Namque, ut Sammonicus Poeta dicitare solitus, à comestationum cruditate viciato stomacho rectos à cerebro sensus averri manifestum est; & Plotini sententia, qui ventri penitus obediunt, periculum esse ne sentescant. Sed undenam veteris sententiam hujusmodi conquiritamus, quam à Divinis literis, ubi de crassitudine animæ tam multa traduntur? Illa nimirum à Deo verba emanarunt: *Non pervo vnebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt.* Potro anima quæ peccat, crassior efficitur, contra vero virtute arvenuari, gratiosaq; reoditur: virtus siquidem quicquid in ea corporeum est, abstergit & perimit, illaq; subtilitate ita facit, veluti igne examinata purior efficitur. Quare Protogenis pictoris continentiam nonquam satis laudaveris, qui in Jalyso pingendo parce adeo & duriter vitam duxit, ut non nisi lupinis fugida maceratis victitatis, qui simul famem sustinerent & sitim, neq; sensus nimia dulcedine obtuerent. Dignus ille quidem propter quem Demetrius Rex Jalysum civitatem, cum ab ea parte sola possit Rhodon capere, ne tabulas cremaret, non incenderit, dumq; picturæ parcat, victorie occasionem amiserit. Invenies apud nostræ pietatis proceres, & fabas, & legumina reliqua tantum aqua macerata, in continentioris vite usum sumpta. Exat Eutyechiani Pontificis ad Baticos epistola, ubi legas, fabas tantum, & uvas, & quædam hujuscemodi, ab Apostolis instituta, super altare offerri solitas.

ibidem D. Laertius. Ad verbum ex Ch. 4. cant. 1. pro. 17.

Ad verbum à Macro. Satur. lib. 1. c. 12. Quia hoc mensa adulta faba divina vobis adhibebantur. Ibid. Macro. Fabis cur abstinentiam.

Matth. c. 3.

Genes. 6. Protogenis continentia.



DE CICERE. CAP. XI.

Nequè illud est contra hieroglyphicam legem, si quis vel legumen, vel fructum aliquem nomeni suo consonum, pro nomen ipso usurparit, lentem quippe pro Lentulo, Fabam pro Fabio,

CICERO. CAP. XII.

An quod Cicero nomen sit, mulier, & generis femina, unde Venerium dicitur, Plin. li. 18. c. 12.

Fecit enim idem Cicero, qui cum poculum argenteum Diis esset dedicaturus, prænomen ac nomen literis signavit, sed pro Ciceronis, ciceris figuram insculpsit: nihil veritus, quod jam id cognomeni veterat in cavillum, ad gravem usque amicorum expostulationem monentium, ut ad iudicium evitandum aliud sibi cognomen adsciceret, quod nunquam impetrare potuerunt. Ceterum ipse legumini honorati, maximeque utilis nuncupationem abhorreret quod honestissimis familiaribus olim esset summa cum laude datum, ut quisque scilicet aliquod optimum genus secreti ita Piso, Lentulus Fabius vocabatur.

INCOLUMITAS. CAP. XIII.

Sunt qui per ciceris imaginem rerum indicent perennitatem, siquidem cicero tantum nullæ beatitudinis in horreis innascuntur: quin etiam ad olerum incolumitatem excogitatum sit, cicerem una feri, propterea quod crucas cum arcece experimento competum est.

ARIES. CAP. XIV.

Plin. ibid.

A figuræ similitudine pro arietino capite ponitur, cui vero nihil similis videas, sive ejus pecoris rictum, sive tortuosam in eo cornuum reciprocationem contempleris: unde optimum ejus generi nomen etiam Arietino, ut Plinius tradit, idque religio pervigilio solita est adhibere.

MUNIFICENTIA. CAP. XV.

Munificentia Romana.

Invenies & inter Romanæ munificentiae partes cicerum largitionem ab Adilibus populo erogatam, cujus rei mentionem apud Ciceronem invenias, ubi *Quaestores magnificentiam facere potuisse dicit, si quantum in ciceris expensum est, in aliis, quæ Republicam adjuvant, insumptum esse.* Unde Horatius de largitionibus ambitiosis.

Sarm. li. 2. Satyra 3.

*In ciceris atque faba bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in circo spatieris, aut aneus, ut fies
Nudus agris, nudus nummis insane paternis.*

Florentinorum ritus.

Quamquam rem omnem alii referunt ad suffragia, quæ per legumina ferrentur. In Florentina civitate, utpote antiquissima Romanorum colonia, utrumque observavi, fabis quippe facti suffragia, & festo D. Præcuratoris die, qui apud eos maxime omnium sanctus atque venerabilis est, ciceris à popularibus in siliquis suis publice tota urbe perfunduntur, ut omnibus esitare volentibus videri possent.

DE ARUNDINE. CAP. XVI.

Ad papyrum addere libuit arundinem, propterea quod maximam cum ea originis habet similitudinem: utraq; enim palustris est, terrenoque gaudet plurimum limoso, multaque & variis afferunt mortalibus utilitates.

LITERÆ. CAP. XVII.

Sunt vero plures arundinis species, ac perinde diversa significata, sed quemadmodum juncus literas significabat: propterea quod apud Ægyptios eo uterentur in scribendo, ita calamorum fasciculus, quibus nos utimur, eadem ratione literas indicat: ut apud Persium,

Virg. Æne. 4. arundinem lesbalem, Æne. 5. volantem vocat.

Indeque manus charta nodosaque venit arundo.

SAGITTÆ. CAP. XVIII.

Alii calami sunt longioribus internodiis, lævove, proceritate, rectitudine, & soliditate præstantes: per hos sagittas innui, ob usum, quem his conficiendis præbent, Poetarum fere omnium testimoniis comprobatur.

RESI.

RESIPISCENS. CAP. XIX.

Quoniam vero ex latioribus arundinibus fistula plurimum fieri consueverunt, cicutis aliquot
Q terra compactis, Egyptii faceret dotes fistulae conditione considerata, per eam hominem mente
olim captum, postmodum tamen & mentem & rationem adeptum, quiq; vitæ suæ modum impo-
suisset, significabant: inanis enim arundo mentis identidem vanitatem indicat: verum ubi juncta
spirituq; animata concentum harmonieis numeris reddere ceperit, rationis se quodammodo par-
tricipem effectam ostendit. Ad hæc, tanta illis vis, ut furibundum hominem composita modulatio
ne possit in meliorem sedatioremq; mentem restituere, cujus exemplum rei à Pythagora editum
in omnium jam ore versatur: neque alia de causa Mercurio adsculpebatur, quem etiam harmoniæ
invento rem fuisse tradunt, nisi quod proprium est caduceatoris munus, in diversum abeuntes ani-
mos atq; dissonas voluntates ad concordiam & concentum revocare.

Fistula
vii.

FRAGILITAS. CAP. XX.

Alioqui arundo humanae fragilitatis indicium habebatur. Hinc illud apud Esaiam, Arundinem
A quæ faciam non confringet, quam sententiam acutissimus Scorus ita dilucidat, ut ex eo debere nos
miseratione prosequi peccatores admoneat. Interdum & auxilium infirmum. Idem Esaias: Quid
confidit in baculo isto arundineo Egypti? cui si quis incubuerit, conquassabitur, & perforabit ma-
num ejus.

Citatur à
Matthæo c.
12. Esa. c.
42.
Sic Egy-
ptus &
Egypti rex
baculus
arundi-
nem dici-
tur, Esa.
ca. 36. &
Ezech. c.
29.
Calamita-
tu etymol.
Nempe
grandi-
nem.
Arundinæ
Iesu Chri-
sti hiero-
glyphicæ
Matth. 11.

CALAMITAS. CAP. XXI.

Ejusdem calamitatis significato illud etiam deducitur, ut per diltractas prostratasq; arun-
A dines, ærumna, damna, jacturæ, & quæ miseris mortalibus accidunt mala, significantur, voca-
bulo inde etiam apud Latinos facto, ut hujusmodi incommoda Calamitates appellantur.

INANITAS. CAP. XXII.

Vulgatissimum vero illud est, per arundinem manere aliquid significari, cujus rei causa magis re
U ipsa patet, quam verbis explicare necesse sit. Illud minime prætereundum, quod arundo in
Afferentis nostri pro Rege salutari manu tradita, mysterium fuit vani fragilisq; sceptri, super
quod Gentes omnes prius innitebantur, de quo Esaias 36. Ezech. 29. Regum 4. 18. Confidebamus
C totum in arundinea virga, vel Egypti, vel Babylonis, vel cujuscumq; alterius principatus, qui Deo
contraria sentiret. Eum igitur calamum Jesus de manibus nostris accepit, ut de illo triumphans
pro vano & inani, infirmo fragiliq; bacillo validissimum firmissimum que nobis sceptrum com-
pararet. Idem Afferentis noster ad inanitatem hujusmodi respexit, ubi dixit: Num quid spectatum
Cævisu arundinem vento agitatam? Et Psalmo 68. legas, Exstimula feras ex arundineto: per feras ajunt
interpretet, Leones intelligendum: propterea quod apud Jobem legitur, sub omni arbore dormire
Leonem, juxta quam densentur arundinetæ, esseq; Leones illos rugientes, hoc est, demones, qui cubi-
le sibi stentunt in arundineto: quippe inter eos homines dæmonem habitare, qui leves inanesque
sint, atq; etiam instabiles, quos scilicet in petra firmare nequeas, utpote qui vento vel levissimo ex-
positi, continuo huc & illuc agitentur dissipenturque. Deq; eadem instabilitate dictum Psalmo al-
tecto supra So. Ut arundinem vento expostam.

MENSURA. CAP. XXIII.

In numo argenteo C. Mamili, ab una facie Mercurius cum pileo & caduceo, ab altera Mamilius
Ipsæ cum arundine & Cane, qui à pedibus illi allatrat. Supra Canem literæ LI. MEAN. quæ omnia
magistratum ejus indicant, qui limitibus metandis præfectus fuerit. Arundo enim propter interno-
dia, quæ modo pedum, modo palmorum speciem præ se quandam refert, mensuræ signum habe-
tur. Canis fidei, quam præstare debet is, qui ejusmodi negotio præficiatur. Et à tergo Mercurius
concordiam ostendit, quæ ex ipsa limitatione consequi debeat. De arundine id insuper animad-
vertendum est, in hanc usq; diem aliquot Italiæ locis usitatissimam mensuram pedum circiter se-
num vulgo Cannam vocitari. Id etiam animadvertas in literis numo impressis, MEAN, ubi figura
A Græcæ litera pro TA posita est.

C. Mami-
lii numi.

SUR-

Sunt qui surditatem ostendi velint per arundinis panniculum illam densam, oblongam, teretem, gravem, villo uti sericeo præditam, ac arctissime constipatam: ejus enim flos, sive potius flocus, si aurem intraverit, exiurdat: ideoque plerisque locis Surdones vocitantur. Lanugines eas Latini Pollulas appellarunt, est quibus strata fieri consueverunt, sed quæ nihilo fecius auribus nocent.

*Sed et in
Theophrasti
proserpina
Tholosa.*

DE SINAPI. CAP. XXV.

Sed jam quid sibi Sinapis velit, inspiciamus: quamquam, ut verum fatear, etiam partem hanc prætermisimus, quasi superfluum: quia postquam super Sinapi ea collegi ram, quæ nostra præbere poterat imbecillitas, venit in mentem mihi videre, si quid Theologi nostri, præter quos sequimur Græcos, ea super philosophati essent, cum ecce primo atque secundo statim sermone, qui Ambrosio attribuantur, comperi, & copiose & erudite, utile salutiferumque ex sinapi condimentum esse confectum: quod quidem sive Ambrosii sit, sive cujusquam alterius, dubitare cœpi cum hoc, ex parte illo, & fatuum & insipidum forte omnibus appariturum. Postea cum me collegissem, & alia me condiendi ratione usum animadvertissem, multasque in domo Domini mansiones esse recordaret, & nullius generis vasa in ea esse, quæ non alicui apta usui essent, resumpti animi, porrigente mihi manum Origene, & prudenter, ut decebat, viridia hæc ingressus, alia quædam super Sinapi, quæ Papyro ipso, clarissime Beccadelle, subjungeres, tanquam spicilegus in unum eundemque manipulum congesta colligavi. Sed illud præmoncho, sinapin ab Ægyptiis positam me non invenisse. Sacras vero nostrorum literas, Græcorumque veterum monumenta habere multa, quæ nostra ex eo locupletare possunt hieroglyphica. Quare non temere fecisse visus fuero, si hujus quoque quatuor significationes explicavero.

FŒCUNDITAS. CAP. XXVI.

Precipuum autem ejus significatum, ut ex tenui admodum principio latissime sit feracitas indicium. Unde illud Assertoris nostri dictum, *Si quis habeat fidem quantum est sinapis granum, unum, jussu illius montes transferri, eaq. omnia fieri, quæ nullum conatu imaginatione efflu posse videntur.*

Exiguum est enim sinapis semen, & pusillo illud corpore scribit Athenæus: id tamen fecundæ terræ demandatum, quam diligens & laboriosus agricola polverit, omnium oleorum maximum evadit, demumque abit in arborem vel volucris, sustinendis idoneam. Talis quippe fecunditas rerum ex antiquæ Theologiæ nostræ lectione feracissime provenit, cujus quidem semina primo aspectu pusilla admodum videntur, verum ubi à perito agricola sata fuerint, in immentum coalescunt, augenturque in arborem, in ramos, & in virgulta unde quaque protum pennis, in quibus aves cæli congregentur, ut in sacris habeatur institutionibus. Aves igitur, hoc est, disputatores, quod interpretatur Adamantius, quippe Rhetores, qui velut aves cæli levibus pennis victorum dantur.

Sinapis fecunditas quavis.
Aves cœlestes quid.
Pinnata enim Homero verba. Et per bracteatas argento columbæ pennas, sermones Dei Theologi sunt intelligendos. Hujusmodi igitur Rhetorum alites, simul ac nostram in sinapin incidunt, ipsi denique rationibus, & rei ipsius veritate allecæ, non ingraram sibi sedem in ea delegerunt. Ex cujus quidem ramis non admodum delicate frondescentibus, vi tamen sua consistentibus, vultus forte loquendi decor, sed optimæ vitæ tantum ratio, quæ sola sit appetenda, decerpitur. Quotquam Hesyichius Aves loco hoc Evangelico accipi contendit pro hominibus contemplationi deditis, qui si terrena aliqua tractare necesse habuerint, hoc est, si super sinapis ramo quiete cœtigerit, paulo post tamen volatu repetito, non ignaviter in sublime tollantur.

INTELLECTUS EFFICACIA. CAP. XXVII.

Indicat vero semen ipsum (ut nos quoque de puteo nostro aliquid hauriamus) magnam altissimi intellectus efficaciam, quæ sub exili ac propemodum contemptibili semine lectionis, ut multi putant,

purant, etiam fatua. de litescibat. Nam simulac semen id ori ingestum est, ac mandicceptum. acutil-
lumi vi faporis os omne incendit, omnemq; reliquorum ciborum fatuitatem temperat, condimen-
tumq; omne cui admixtum fuerit, miri hinc commendat, com manducatum capitis pituitam purgat,
perq; os egerit. Sic sacra lectio gravedinem intellectus emendat, abstergitq; ut purificatus, per os,
quippe per Doctorum verba, divina possit mysteria degustare, Nat, ut ait Horatius,

Vires fe-
minis
ipsum sin-
pis.
Epist. l. i. x.

Nemo adeo ferus est, ut non miscere possit,
Si modo cultura patientem commodec aut em.

Sed quid indigemus Horatio? cum Dominus noster dicat, Seruat amini scripturas. quas ne fastidiamus,
ut pote quae nonnullis gustu asperiores videantur (fuerunt enim qui dice- rent, Durus est hic sermo)
sinapis hujus condimentum efficiet. At lacrymas ciet, quod illi objicit Poeta quidam dicens:

Joan. 5. 6.
Columella

Seque lavessenti flentem factura sinapis.

Sed o dulces lacrymas, nulla falluginis amaritudine vitiatas! O amoenissimam lacrymarum vallem, o
jocundas, o amabiles, o semper appetendas lacrymas, si quis ita sit felix, ut lectulum ubiq; suum la-
crymis irroret, eas in star panis ducat, & ad surrecta Crucis conspectum, confixiq; in ea Servatoris
nostri lacrymulam, saltem unam aliquam expresserit, quam videat Dominus erumpentem! Quid ve-
ro si uberiores fuerint, & donec omnis totius corporis inarescat humor, emanare non desinant?
Quicumq; enim ita seminarit in lacrymis lactissimam frugem post modum est in exultatione demel-
surus. At inde nomen sinapis habet, quod olfactu luminibus officiat. Nam etymon illi, *synon* est
ut medicorum tradit disciplina. Unde acrem & incommodam ejus naturam inc. sit Gra-
cus Athenus, Fac olus id incestum oculis & perniciosum nostrum quod ex agro Domini colligimus,
cor in primis exhiberat, cerebrum illustrat, oculos aperit, ut videant sicut Agar fontem aquae viva:
paulatim lenit, & ad Ambrosii verba; celestis cibi gustum reddit idoneum; fructum asperitatem e-
mollit, ut nullius unquam uva afficiatur incommodo. Prodest etiam sine sicu adhibita auribus, ut
illae angelicae etiam fiant harmoniae capices. Alopecias emendat, omnemq; pruritus extinguit, ut
nullo profus vitio contaminatum corpus offert. Deo properemus. Contra lepras inungitur. Quid
enim aliud lepra in sacris monumentis, quam vitiorum sordes, malaq; consuetudinis contagiones.

Psal. 126.
Synapis
stymon &
virtutes.
Tritum
cum sicu
aurium
graviati
prodest,
Dioscor. l. 2.
c. 98.

FIRMITAS DOCTRINAE. CAP. XXVIII.

Quid autem illud, quod semel statum difficulter extirpari potest? Nam semina simulac decidere,
haurita multo post & virent, & feracissime interpretari. Nam qui semel nostrae hujus sinapis suavitatem gustare ceperit,
ab ea nunquam amplius, tanquam Ulyssis comites a loto, avelli poterit. Pullulabit in corde quotidie
canis ante nissimus, totaq; spiritus conceptacula feminibus his confarcientur, neq; hunc proculca-
bit Lupus aut Ursus, aut rugiens Leo, non effraenis Equus, non Taurus ferox, non dolosa Vulpes
pabulum absumet, non frigus aduret, non aestus desiccabit, non aratrum deniq; contundet; vitrebit in
dies magis, & ad procellas & concalcationes omnium tanquam insuperabile crocu latius proveniet.

Plin. li.
19. c. 8.
Nam cro-
cum gau-
det calcari,
& melius
ita prove-
nit.

EXPERGEFACTIO. CAP. XXIX.

Adhaec sinapis expergefactum ac minime somno gravatum significat intellectum; siquidem ter-
restris illa contra lethargos, de raso prius capite, illinitur. Nolite hic sinapisimus de raso circum-
fusoq; cordi contra hujusmodi morbum admovetur. Quid enim aliud lethargus est nisi somnus in-
expugnabilis? At qui quotidie ut vigilemus, & Deo precēs allegemus, suavi huius nostri pungimur
acrimonia. Gustu ejus scimus quando hora est de somno surgere, ne gravati eo, longe felicitate deli-
diz indormientes, obtorpeamus ignaviter. Nam Galli cantu, non aris tinnuli strepitu, non ullius or-
tu sideris indigemus, ut mane, sed plene mane excitati corpus strato corripiamus, atq; tunc, & in dies
septies laudes Deo concinamus.

Nam sina-
pis lethargis
de raso ca-
pite illini-
tur. Diosc.
l. 2. c. 98.

SUBLIMIUM APPETITOR. CAP. XXX.

Quid vero quod per sinapis ramusculum, quem quis ore decerpit, mentem & cogitationem in
sublime sese attolentem accipimus? propter presentaneam excitandi virtutem, quam in eo se-
mine

Sinapis ra-
musculus
quid ore
decerpent,
mine

XXXX

Phil. lib.
8. 29.

mine Pythagoras maxime omnium admirabatur: quivix illius terrestris folia degustaverat, præcipuo
tamen unum illud amore prosequeretur, quod vim ejus in sublime ferri conspiciebat, perinde ac si
in cælum hiteretur, cum per nares in cerebrum penetraret, omniaq; hinc purgatoria, & ad vitium
mentis vegetiora fieri asserebat. Maxime itaq; studendum, ut cibos omnes oleris hujus intinge-
mus pulmentario, cum præsertim modico ejus in ollam inuncto, legumina omnia, ut Democritus
ait, facillime decoquantur. Agite igitur, agite ferculis omnibus, tam æstate quam hyeme, tam mate
quam resperi, vel grana, vel succum ejus admisceamus. Utuntur hoc libenter probi omnes, hoc Pon-
tificiis cornis adhibuit assidue Clemens VII. Nulla enim unquam vel publica vel privata cœna est ab
eo instituta, quin nostræ hujus sinapis agricolæ politoresq; plenis adstarent calathificis jucundumq;
inter eos certamen oriretur, quis eorum id melius vel ferere, vel condire didicisset. Idem nobis fa-
ciendum, ut nos exemplum nobis Pontifex dedit, ut ita nos neq; fames occupet, neq; sitis cœtum
molester: supra enim nec̄ar, supra omnem, quod ajunt, ambrosiam cibus hic, & melle & savo su-
vior, mortalibus ad vitam est omnibus profuturus.

JOANNIS PIERII VALERIA- NI HIEROGLYPHICORUM

LIB. LVIII.

DE IIS QUÆ PER CAPE ET HORTENSIA
QUÆDAM ALIA SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

FRANCISCO FANTONO BIDIZOIENSI,
MEDICO SALODIANO.



*Quantum visurus sis, Fantone doctissime, sæpe apophoreto nostro, non sum nescius, quippe
qui odoratissima suavissimæque citriva, Salodiana scilicet, quibus nusquam præcipuo
nascuntur, à te dono acceperim: ego contra Cape, alliumque, tam olida, tam in suavia tibi
& Medico Salodiano redonare cogitarim, reliquorumq; olerum corbes, quorum tu ipse
vel hortos integros uno asse comparare possis. Sed quid facias? non eadem sunt omnium
ingenia. Atamē si quanti hæc, qualiacumq; sint, mihi steterint noveris forte non ita vilia esse dona asse-
mabis. Non enim cælo nostro hæc nascuntur, sed ex Ægypto intima huc usq; magno portorio transe-
runtur. Neg, sperandum, ut hic sata his similia renascantur, quia talia sunt, ut in alieno solo semina
corrumpantur, vel omnino degenerent. Dices: At malo ego nostratis, saporis quorum & cognovimus
& quibus apti condimentis sint, potius experti sumus. Sed vide ne fallaris, priusquam nostrorum experi-
mentum facias. Memineris Ægyptios olim & doctrina & ingenio plurimum claruisse, neq; temere
ex tota Græcia viros summos doctrina nomine ad eos transfugas, cum tamen ii Capetanti facerent, ut
id nimirum loco coluerint, quod à tam celebri natione factum nos minime ridiculum existimare debeamus.
Pecumq; autem, ne hic, totam Commentarij rationem alieno loco explicandam suscipiam, ex ipso
omnia loco suo videnda tibi proposui, quorum multa, licet antiquitate jam obsoleverint, solent tamen
vel eruditus aliquam afferre delectationem, quæ veteres quomodocumq; tradiderint: propterea quædam
exquisitionibus juniorum inventis magis ex comparatione gaudere consueverimus.*

D. CAPE. CAP. I.

Qlera igitur & fagminea quædam collecturus, ordiar à Cape: propterea, quod inter herbarum
bulborum, caudicum, furculorumq; genera memoriam sibi primam Cape apud Ægyptios ven-
dicavit, qui in inter hortensia eorum ramina principatum profus obtinuit.

LUNA.